



Taubmann. axiomate

approbatum semel reprobari non potest 148. 13
quod semel placuit amplius displicere non debet 129. num. 4.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33

L. L. 9
M. M. 6 10



72 2085

D. T. O. M. F.
DISSERTATIO JURIDICA
De
JURE PERSONARUM,

Quam
Consensu & Autoritate
Magnifici Nobilissimi, Amplissimiq; Jctorum
in almâ Leucoreâ Ordinis

PRÆSIDE,

Viro Nobili, Amplissimo, Excellentissimo,
Juris-Consultissimoq;

DN. GOTTFRIDO SUEVO,

U. J. D. & P. P. Celeberrimo, Curia Electoralis,
Facultatis Juridicæ, nec non Scabinatus asse-
fore gravissimo,

Præceptore Promotore & Patrono suo submisso
animi cultu atatem devenerando,

Publicæ placidæq; ventilationi exhibet

DANIEL PETRI TERSERUS,
Westman. Svecus.

Auth. & Resp.
Ad diem Octobr
In Auditorio Jctorum.

WITTEBERGÆ
Typis JOBI WILHELMI FINCELII,
M DC LII.

XXXXVIIII

D. T. O. M. F.
DISSERTATIO JURIDICA

De
JURE PERSONARUM

Contra & adversus

Magna Nobilitas, Magnifico, Illustri
in Aulae Senatus Ordinarii

PRESIDI

DM. GOTTFRIEDO SIBIRO

U. J. B. & P. R. C. P. C. A. S. P. C. A. S. P. C. A. S.
Facultatis Juridicae, nec non Doctorum

Personarum Personarum & Personarum Personarum
personarum personarum personarum personarum
personarum personarum personarum personarum

DANIELI PETERLITZ

Wittbergensis
M. J. B. & P. R. C. P. C. A. S. P. C. A. S.
Ab Aulae Senatus Ordinarii

WITTBERG

Typis Joh. Wirthmi Inceptor.
M. DC. LXXII.

LXXII





DISPUTATIO JURIDICA
De
JURE PERSONARUM.

THESIS I.

Rer utilis ac necessaria in Jure Persona-
narum est Consideratio: Harum quippè di-
versitas, respectu earundem Conditionis, di-
versa persæpè jura inducere solet. Prius ex tribus
Jurisprudentiæ Capitibus hâc vice propterea expo-
situri, pro inferius Personarum Jure latius expli-
candò, in frontispicio Disp. nostræ asserimus, ea
præsertim jura vendicari Personis, quæ statum ea-
rum, qualitatem & conditionem afficiunt, & spe-
ctantur maximè inter Dominum & Servum, inter
Parentes & liberos, undè simul Jus Patronatus in-
ter Patronum & Libertum: Jus Patriæ Potestatis, jus
Matrimoniorum jus Tutelæ & Curæ, dependent ac
consideranda veniunt; de quibus omnibus *in Inst. ff.*
¶ C. passim suo locò tractatur. Nos de singulis il-
lis per brevissimas theses videbimus.

2. Omne jus circa tria objecta, Personas
nempè, Res & Actiones versatur §. *Ult. Inst. de ju-
re N. G. ¶ C.* adeoque Personæ ipsæ, naturâ ac tem-
pore, cæteris priores dignioresque, primumq; juris
contemplandi sibi locum attribuentes, secundum
dictum jus vicissim occupantur, & Jure imprimis



Naturali, ratione Sexus, Ætatis & Valetudinis diversimodè considerantur.

3. Ratione Sexus, homo in marem distinguitur ac foeminam, ad cujus alterutrum Androgyni sive hermaphroditi, (rara tamen procreatio) referuntur. *l. 10. ff. de statu hom.* Qui non speciem constituunt peculiarem, sed ex prævalente sexu æstimantur. *l. 15. in fin. & l. 6. in fin. ff. de lib. & postb. vid. Arist. lib. 4. Hist. animal.*

4. Mas & foemina eodem quandoq; licet jure utantur. *Nov. 118. c. 1. in fin. Vultej. Jurispr. Rom. lib. 1. c. 4.* Jus tamen eorum, nunc melius, nunc deterius diversumq; censetur. *l. 9. ff. de statu hom. & l. 1. de Senatoribus eod. add. l. unic. C. de rapt. virg. & l. ult. C. de jur. & facti ignor.*

5. De Embryone quid dicendum? quamvis in utero maternò adhuc existens, incerti sit sexus, pro nato tamen non raro, quoties sc. de commodis ipsius quaeritur, habendus est. *l. 7. ff. de statu hom. & l. 26. eod.*

6. Ætatis ratione (de qua in jure passim) Personæ vel minores, dicuntur in genere, ut infantes & adolescentes, ad annum usq; 25tum ætatis de Jure Civili, de Jure Sax. ad annum 21mum: vel majores, adultæ, decrepitæ.

7. Specialius, ætas minorennis alia prima est, alia secunda. Prima, qualis pueritia sive puerilis vel impubes ætas dicitur, est in masculis usq; ad 14tum ætatis annum; in foeminis usq; ad 12mum. *pr. Inst. quib. mod. Tut. fin.* In hac impubere ætate, alii dicuntur infantes usq; ad annum 7mum; alii infantia proximi-

2069

proximi, nimirum masculi usq; ad annum 10¹/₂, foeminae usq; ad annum 9¹/₂, ab eò tempore dicuntur pubertati proximi vel proximæ, usq; ad illos, quos diximus, majoris ætatis terminos. Secunda ætas pubes vocatur, ab annò 12 vel 14, usq; ad annum 25^{um}. Utraq; ætas, si homines sint sui juris, vel in Tutores, vel in Curatores incidit. Ab illò tempore 25 nim. annorũ majores dicuntur, sivè majorenes, succedente ætate robustâ, justâ & legitimâ. *l. si maritus 5. §. lex Julia. 6. ff. ad leg. Jul. de adult. & l. 2. ff. de vac. & excus. muner.* Hanc porrò ætatem senilis ætas excipit. vid. *Vult. lib. 1. I. R. c. 4.*

8. Consequenter interea servetur Reg. Jur. quod in omnibus ferè judiciis pœnalibus, ætati ac imprudentiæ succurrendum sit. *l. 108. ff. de Reg. Jur.*

9. Valetudinis ratione, quâ homo corpore, mente sivè animò sanus est vel minus, quò pertinent muti, surdi, cæci, mente capti, prodigi & furiosi. *l. 22. p. 7. ff. solut. matrim.* Et hæc erit divisio Pers. ex conditione Naturæ.

10. ALTERA Personarum ex Jure Gentium fuit divisio, in liberas & servas *pr. Instit. de Jur. person. & l. 3. ff. de Stat. hom.* & quamvis haut dubium sit, quin abrogata vetus illa servitus, ab annò (teste Bodinò) 1200, hodie in orbe Christiano vix reperiatur *Bodin. lib. 1. de Rep. c. 5. & Zas. ad tit. ff. de statu hom.* ad faciliorem tamen cognitionem J. Rom. prisca hujus servitutis notitia necessaria minimèq; inutilis videtur. *Schneid. ad §. fin. n. 4. h. t. & Sich. ad l. 5. C. de neg. gestis.*

11. Nostri ergò homines proprii seu Rustici servi

A 3

non

non sunt, quoad statum, sed quibusdam in locis quoad servitia servilem conditionem redolent. Quod idem etiam de Rusticis in Livoniâ, nec non in Poloniâ, statuendū est. Vid. *Choppin. lib. 3. de Domanio* Neq; amplius per Captivitatem, ut olim, ex Jure Gentium servi fiunt, nisi bellum geratur contra Turcas, cum quibus mutuum captivitatis & servitutis jus, Jure Gentium nobis permansit.

12. Cæterum, observandum erit, quod partus, extra justas nuptias procreatus, quâ statum & ingenuitatem, Ventrem, ex nuptiis v. justis prognatus, quâ honores, dignitatem & originem, Paternam conditionem sequatur. *l. 9. ff. de statu hom. & l. 24. eod. tit. l. 18. C. de dignitat.* Hinc filius ex matre nobili, patre vero ignobili prognatus, gentilitia Genetricis suæ insignia gestare prohibetur. arg. *l. 8. C. de Religios. & sumpt. funer. Conf. l. 5. & 6. ff. eod.* Hic ergo illud valet, quod natus ex legitimô conjugio, Patris non matris familiam sequatur. *l. 196. de V.S.*

13. De Jure Patronatus id notandum est, quod in duobus consistat, nimirum 1. officiis libertorum ergâ Patronum. *t. t. ff. de oper. libert.* 2. in bonis ipsorum, i. e. in successione Patroni & liberorum ejus in bonis liberti. *t. t. ff. de bon. libert.*

Alia consideratio est Juris Patronatus, quod Ecclesiasticum vocatur, & inter alia acquiritur, si qui templa vel scholas &c. extruendas Curaverint, aut extructis dotem assignarint; & hi Patroni non incommodè vocantur. Hinc vers. Patronum faciunt Dos, ædificatio, fundus. Vid. *Matth. Steph. de Jur. Pat.*

14. Respectu Juris Civilis, Personæ secundum statum

jtum Civitatis, aliæ Cives & Peregrinæ, aliæ publicæ & privatæ sunt. Secundum verò familiam, aliæ sui uris, ut Patresfamil; aliæ alieni, quæ vel sunt in potestate Domìnica, ut servi; vel in Patriâ Pot. ut filii filiævè famil. Inst. de his qui sui vel alieni juris sunt.

15. Quamvis Potestas Dominica summa olim fuerit, intolerabilis tamen illa Dominorum in servos sævitia, §. 1. 2. b. t. ex Const. D. pii Antonii, §. pen. d. t. egregiè coarctata est.

Rectè proinde Juri concludunt, teste Matth. Steph. Exeg. part. 1. n. 65. Dominos sive Nobiles, propter nimiam in subditos sævitiam, Jurisdictionem amittere. Vid. l. 2. ff. hîc.

16. Patria Potestas, sive jus illud Patris in liberos, de Jure Rom. Patri saltem datur. §. fœmina, 10. Inst. de adopt. & §. 3. Inst. de hered. qual. & differ. etiam si æqualis honor & patri & matri de Jure Naturæ, imò Divinò humanoq; debeatur. tot. tit. ff. de obseq. Parent.

17. Dividitur in naturalem & Civilem, & hæc præcipua in jure intelligitur, ac taliter informata quoad certas qualitates, Juris Civilis Rom. censetur. §. 2. Inst. de Pat. Potest. Et quamquam olim obtinuerat jus vitæ & necis, hodiè tamen coarctata est, atque in pietate potius, quam atrocitate consistit. l. 5. ff. ad L. Pomp. de Parricid.

18. Constituitur Tripliciter, Nuptiis sc. Legitimatione & Adoptione.

Circa nuptias seu matrimonium notanda veniunt Antecedentia, Natura ipsa & Consequentia.

19. Antecedentia Matrimonii sponsalia scilicet, à spondendò dicta, sunt mentio & repromissio futurarum



rarum nuptiarum *l. 1. 2. ff. de sponsal.* Estq; hæc mentio præparatorius ille actus, qui securitatis simul ac solennitatis gratiâ solet præmitti. *ff. & C. titt. de sponsal.*

20. Cæterum à Canonistis distingvuntur sponsalia de præsentis & futuro, de qua distinctione, quid sentiendum sit, Vide *Treutl. vol. 2. disp. 6. lit. d.* usus tamen observat ob diversum utriusq; generis effectum. Clandestina sponsalia dicuntur, insciis Parentibus facta, quæ prohibita nulliusq; effectus sunt. Vid. *Beust. de sponsal.*

Ad dicta Antecedentia arrhæ sponsalitiæ & proxenetæ referuntur. *l. 2. 5. & 6. C. de Sponsal. & l. pen. de Episc. ac Cleric. adde l. 38. ff. de ritu nupt.*

21. Sunt autem Nuptiæ Conjunctio maris & foeminae, individuum vitæ Consuetudinem Continentes. *§. 1. Inst. de Pat. Pot. l. 1. ff. de R. N.* & quidem unius maris & foeminae, cum Polygamia sit prohibita.

Huc pertinet (1.) Consensus contrahentium, concubitus enim non facit nuptias, sed consensus. *l. 30. R. J. & l. sponsalia l. 11. l. 13. ff. de sponsal.*

22. Porrò & (2) necessarius est parentum consensus, adeò, ut conjunctio invitis parentibus facta, distrahi possit, *l. 1. §. ult. ff. de lib. exhib. & l. 2. ff. de R. N.* vid. *Exod. 20. v. 12.*

32. Requiritur (3.) ne Conjunctio fiat in gradibus prohibitis. Prohibentur autem nuptiæ i. ratione cognationis, in rectâ lineâ in infinitum. *§. 1. Inst. de Nupt. & l. 14. 52. ff. de R. N.*

In Lineâ transversali inter naturali Cognatione conjunctos, secundus & tertius gradus prohibitionem

tionem habet: non item Quartus, qui tamen etiam prohibitus est de Jure Canonico, C. pen. X. de Consang. & affinit.

(2) prohibentur nuptiæ ratione affinitatis, de quo vide §. 6. & seqq. Inst. de Nupt.

(3.) ratione publicæ honestatis, de quo in §. 9. Inst. d. t.

24. Consequentia matrimonii Dos & Donatio dicuntur, illa Jus est in re marito constitutum, ad sustinenda onera matrimonii. l. 7. ff. & l. 20. C. de Jure dot. Hæc, quæ maritus, vel alius ejus nomine, res tam mobiles quam immobiles propter dotem mulieri confert. l. 20. C. de donat. ante Nupt. Præterea ad matrimonia & legitimaciones per illud factas olim fermè de necessitate, reqvirebantur dotalia instrumenta. l. cum quis. 10. & seqq. C. de nat. lib. Nov. 89. c. 1. §. 1. & c. 8. Hodie si aliter de nuptiis constet, perindè necessaria non sunt.

25. Secundus Constituendæ Pat. Pot. modus est Legitimatio, per quam naturales tantum, Legitimi efficiuntur, quod fit 1. per subsequens matrimonium. 2. Rescriptum Principiis, & olim etiam per Curia oblationem. l. 10. C. de nat. lib. Nov. 78. c. 4. & 9. c. 8. eod.

26. Tertius & ultimus modus Adoptione perficitur, qui est actus Legitimus, quò homo liber in locum filii eligitur. t. t. ff. & C. de Adopt. vid. Wesemb. b. t. eaque duplex: Arrogatio & Adoptio in specie sic dicta; Illa, quæ sui juris, Hæc, quæ alieni, i. e. sub potestate paternâ, adoptantur.

B

27. Sol-



27. Solvitur tandem Patria Pot. pluribus de
causis: veluti dignitate filii, *Nov. 8.* Deportatione:
servitute pœnæ: solenni emancipatione: Adoptione:
Captivitate: morte naturali, vel delicto. *Inst. quib. mod.*
Jus Patr. Pot. solv. vid. l. 2. C. de infant. expos. & l. 4. ff
de lib. Agnosce.

28. Alia ex Jure Civili Personarum divisio
est, quod aliæ, quæ in Patria Potestate non sunt, in
Tutelâ, aliæ in Curatione sint, aliæ neutro tenean-
tur jure. Est v. Tutela vis ac Potestas in Capite
liberò, ad tuendum eum, qui per ætatem se defen-
dere nequit, Jure Civili data ac permisa. §. 1. *Inst. de*
Tut. & l. 2. ff. eod.

29. Estque Triplex: Testamentaria, quâ se-
cundum *l. 12. Tab.* impuberibus tutores à Parenti-
bus testamento dantur. *l. 1. ff. hinc. vel Legitima, di-*
cta, quod solâ lege nitatur. Inst. de leg. agnat. Tut.
l. 1. ff. eod. vel Dativa, quâ Pupillo, reliquis supradi-
ctis Tutelis destituito, Tutor à Magistratu datur.
Inst. de Attil. Tut.

30. Licet autem ordinariè Tutela virile sit
munus, speciali tamen ex privilegiò matribus con-
ceditur, itemque & aviæ, si renuncient secundis
nuptiis & SCto Vellejano. *Nov. 118. c. 5.*

31. Porrò, cum Jus agnationis per Capitis di-
minutionem, secundum Jus Rom. amittatur, scien-
dum est, eandem Cap. diminutionem nihil aliud
significare, quam Commutationem prioris status.
Inst. de capit. deminut. l. 1. ff. eod. & est Triplex: Ma-
xima, Media, Minima. l. 11. & ult. ff. de cap. dim.

32. Maxima est, Civitatis ac libertatis amis-
sio:

lio: Media seu Minor, Civitatis tantum, minima, Civitate & libertate retentâ, Status solum Commutatio est. *Inst. d. t. § l. fin. ff. eod.*

33. Maxima Cap. dim. cum morti ferè comparetur. *l. 63. ff. pro soc.* Jus agnationis, de Jure Rom. tollit; factâ autem per Principem restituone, Cognatio quoque recipitur. Illa vero Patronorum quæ dicitur legitima Tutela in desuetudinem abiit.

34. Dativi Tutores eâ Conditione à Magistratu dantur, ut sufficientem præstent satisfactionem, nisi ex inquisitione dati sint de Jure Civili. *pr. Inst. de satisdat. Tut.* Si autem satisfactionem vel nullam, vel non idoneam exegerint, ipsi Magistratus in subsidium tenentur.

35. Occupantur Tutores tam circa Pupilli Personam, quam circa ejus res.

Circa Personam Pupilli est 1. Cura educationis. 2. Sustentationis. 3. Informationis in artibus liberalibus &c. *t. t. C. de Admin. Pup. præstand. § l. 2. ff. de Administ. § peric. tut.*

Circa Res Pupilli requiritur à Tutoree 1. earundem Conservatio. 2. Auctio. 3. Alimentorum procuratio. 4. Rerum, quæ servari nequeunt alienatio. Et in genere, eadem à Tutoribus Cura requiritur, quam bonus Paterfamilias rebus suis adhibere solet, ut res Pupilli salvæ maneant.

36. Denique in negotiis à Pupillo gerendis, auctoritatem Tutor adhibebit. vid. *tit. Inst. ff. § C. de auctorit. Tut. & finitâ Tutelâ, rationes reddet. l. 9. § tot. tit. ff. de Tut. § ration. distrab.*

37. Finitur Tutela pubertate, in masculis post an-

III

B 2

num



nū 14tum, in foeminis post izmum, quibus Curatores ad annum 25 tum dantur non tamen invitis, præterquam in litem §. 2. *Inst. de Curat.* Furiosi vero prodigi, perpetuoque laborantes morbo, quo minus rebus suis superesse queant, majores licet 25 annis, Curatores tamen recipiunt. § 2. *Inst. de Curat.*

38. Tutela uti munus publicum est. *l. 9. ff. de his, qui sui vel al. jur. nec facile recusari potest ab eò, ad quem jure defertur. l. Tutori. C. de neg. gest. nisi certis de Causis, quæ in Inst. ff. & C. de Excus. Tut. enumerantur; Sic suspecti accusantur Tutores, qui non ex fide susceptam Tutelam gerunt, ob dolum famosi, ob culpam non utique? Vid. t. tit. Inst. de suspect. Tut. & Curat.*

Hæc pro ratione instituti hæc vice
ex Jure Personarum delibasse
sufficiat.

COROLLARIA.

I.

An probanda sit ulla Polygamia?

Neg.

II.

*An impuberes sponsalia rectè saltem
Contrahant? Aff.*

III.

2097.
*An Nuptie Consobrinorum de Jure Di-
vinô & Civili sint prohibita? Neg.*

IV.

*An si adoptans sit nobilis, adoptatus quo-
que nobilis efficiatur? Neg.*

V.

*An incestuosi à Parentibus suis alendi
sint, magis ex æquitate Canonicâ,
quam jure Civili? prius Aff.*

VI.

*An frater Divites fratrem Inopem alere
Cogatur? Aff. Schneid.*

VII.

*An legitimatus per subsequens matri-
monium succedat in feudo? Aff.*


VIII.

*An ubi offensa est permissa, ibi defensio
sit prohibita? Aff.*

os) [o] (so

B 3

Ad



Ad
Præstantissimum DN. RESPONDENTEM
Disputationis Autorem.

TERSERE è Patria procul huc te traxit Honesti
Ardor, & ingenui laudata scientia Juris
In Cathedram prodire jubet, Specimenq; paratum
Edere, & adversus pugnancia multa tueri
Perge viam, cœptasq; operas instantius urge
Sic Patriæ civem doctum, Justiq; tenacem
Te sistes, meritisq; eadem, tibi, digna repondet.

Gottfridt SVEVUS D.

ÆMula Justitiæ Sanctæ mens valdè operosa est,
Justa cupit, discit, munera justa facit;
Si simul auxilium præsentis amabile Christi
Poscit & expectat, non trepidante fide.
Talia qui sequitur, rapientibus omnia ventis,
Palmula ceu viridis perstat. Iniquus homo!
Ostentatus erit raptusq; simul, velut herba
Ausonii quondam solstitialis erat?
Nunc TERSERE, cadat, juris legumq; Sacerdos,
Patrono cœptum, ti patriæq; benè!

Amici affectus causâ

L. m. s. scribebat

M. Enevaldus Svenonius Svecus,
Gyld. Al. Th. St.

Haud

2099.
HAud latuisse potest ignis; sed viribus auctis
Per patulas auras, lucida flamma micat.
Ingenii Dotes pariter latitare recusant.

Mox sed in apricum, non sine luce ruunt.
Res patet exemplo; TERSERUS, siccine constans
JURIS amator adest; publica verba dabit.
Nam JUS PERSONÆ breviter connectit & aptat
Paucis pagellis; hoc erit artis opus,
Continuare pios pergas feliciter ausus,
Crescet honor, certò præmia digna feres

Amicitia testificanda


*Ergò Populari suavissimo
festinanter relinquit.*

Petrus Magni Pelecanus
Lincopiâ-Svecus.



H. Ad. l. c. p. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

Petrus Magnus Petrus
Lancaster



00 A 6414

ULB Halle 3
002 928 094




12

1017








B.I.G.

Farbkarte #13

Black, 3/Color, White, Magenta, Red, Yellow, Green, Cyan, Blue



72 2085

M. F. JURIDICA

ONARUM,

uthoritate
plissimiq; Jctorum
eâ Ordinis

DE,
o, Excellentissimo,
tisimoq;

DO SUEVO,

no, Curia Electoralis,
on Scabinatus asfes-
simo,

Patrono suo submisso
devenerando,
utilationi exhibet

I TERSERUS,

vecus.
Resp.
Octobr
torum.

ERGÆ
LMI FINCELII,
LII.

XXXXVIIII

